

excreta facilia faciat, mensesq. moveat. Hac Gal. quibus addimus nos, pulegii de octum urinas ciere, satum & secundas trahere, ictericos, hydropicosq. juvare, omnibus capitis & nervorum affectibus, a frigida te prognatis succurrere, visum acuerere. Πύλεγον herba sic Græci, Pulegium Latinis dicitur: Mauritani Alnam, Alnegem seu Aluegen: Itali Pulegio: Germani Polcyund Heri Polcy: Hispani Poleo: Galli Pulege & Pouliot: Bohemi Poleg, Poloni Poleji:

Pulegium duplex est, latifolium & angustifolium. I. Pulegium latifolium, C. B. Pulegium, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. in Diosc. & hist. Lon. Cast. Cæs. Cam. Pulegium fœmina, Fuch. in icon. Pulegium aquaticum, Gef. hor. Pulegium regium, Lug. Pulegium regium vulgatum, Lob. II. Pulegium angustifolium, C. B. Pulegium cervinum Gef. hor. Cam. Lugd. Pulegium alterum foliis oblongis, Dod. fol. Pulegium angustifolium sive Cervinum Monspeliensium odoratus, Advers. & Lob. Pulegium 10 Massilioticum, Tabernæmontano.

* Cat. ad-
dit. dactyl-
na. id est
mordax.

Διτάμνον.

DICTAMNUM.

CAP. XXXI.

Dictamnium, aliquibus sylvestre pulegium vocatur. Cretensis herba est acris, a levis, pulegio similis, sed majoribus foliis, quæ tomento quodam, spissaq. lanugine pubescunt. Florem nullum, aut semen profert. Præstat omnia, quæ sativum pulegium, sed efficacius multo: nam non potum modò, sed appositum quoq. aut suffitum, defunctos partus ejicit. Produunt in Creta capras sagittis percussas, hujus herbae pastu eas excutere. Purgandi vim habet succus illitus, aut cum polenta tritus. Herba impactos pedibus reliquove corpori aculeos, illitu refigit: ad lienis dolorem efficax habetur: siquidem ipsum imminuit, 20 Metunt æstare & autumno. Radix ejus gustu calfacit: partus accelerat. Succus cum vino potus, contra serpentium morsus præsidio est. Tanta herbae facultas est, ut olfacta abigat bestias, quæ venenato ictu sæviant, appensaq. contactu exanimet. Vulneribus ferro illatis, & venenatis moribus infusus succus, præsentaneo est remedio, si etiam ab instillatione statim in potu assumatur.

Ψευδοδιτάμνον.

PSEUDODICTAMNUM.

CAP. XXXII.

Quod Pseudodictamnium vocant, multis in terris nascitur, antè dicto simile: sed minus, quàm illud acre. Eisdem effectus præbet, sed inefficacius multo.

Διτάμνον ἄλλο.

DICTAMNUM ALTERUM.

CAP. XXXIII.

Defertur à Creta alterum dictamni genus, foliis sisymbrii, ramis majoribus: in quibus flores sylvestris a origani, nigri, molles. Odor foliorum inter sisymbrium & salviæ, jucundissimus. Efficax ad eadem, sed minus nares ferit. Miscetur emplastris & medicaminibus, quæ adversus serpentium injurias confinguntur, theriaca vocant.

* Ca. de-
pisy à-
γγισ i. syl-
vestri
Hormi-
no.

I. DICTAMNUM CRETENSE.

II. PSEUDODICTAMNUM



Dictamnium

Dictamnū legitimum ac potissimum in Creta insula tantum gignitur: neq; tamen inibi passim, sed in angustis locis dumtaxat provenit, ut auctor est Theophrastus, qui lib. 9. cap. 26. de plantarum historia Dictamnū posterius & histor. ex Theo-
 tis memoria prodidit, his verbis: Dictamnū Creta insula proprium est, vi mirabile, & ad plura perutile, sed ad partum mulierum potissimum pollet. Folio pulegio simili constat, nec sapore ab simile est: ramulis tenuioribus conditur. Usus folio-
 rum, non ramorum, nec fructus est: valent enim ad multa, & precipue ad difficiles partus mulierum, ut dictum est: aut enim facile posse parere faciunt, aut certe dolores penitus sedant. Dantur bibenda ex aqua. Rara hac herba: locus enim, qui fert, exiguus admodum est, cum capra depascunt capessenda causa voluptatis. Quod etiam de telis fertur, verum esse affir-
 mant: capras enim sagitta transfixas Dictamno devorato telum ejicere. Dictamnū tale est, viresq; ejusmodi possidet. Falsum
 Falsum Dictamnū folio quidem simili constat, sed ramulis minus, & viribus longe inferius: quanquam enim eisdem in-
 10 rebz proficit, tamen multo deterius, atq; debilius. Vis Dictamni in ore percipi continuo potest: excelsat enim paulo vehe-
 menter. Manipulos in ferula, aut canna intercludere solent, ne expiret: est enim imbecillus, cum expiraverit. Non desunt, qui naturam Dictamni, & falsi Dictamni eandem esse existiment, sed quod locis latioribus exeat, degenerare falsumq;
 cognominari, sicuti etiam aliis pluribus evenit, ut viribus deterioribus ex loco reddantur. Dictamnū enim asperum so-
 lum vehementer amare inquit. Est etiam aliud Dictamnū veluti equivocē appellatum: nec enim speciem, nec vim
 habet eandem: quippe quod folio simili Sisymbrio constet, & ramis condatur majoribus. Usus item & vis non eisdem con-
 veniunt. Hoc igitur (ut dictum est) mirum, simulq; proprium Creta insula dicitur: hac Theophrastus: Ceterum atati quoq;
 nostra Dictamni rationem aliquam reddamus, ut in omnibus ferē plantis facere consuevimus, non diu quidem est, quod
 ex Creta insula Venetias legitimum Dictamnū adferri coeptum est. Siquidem Manardus Ferrariensis, vir non solum in-
 genio & doctrina celebris, sed etiam simplicium medicamentorum acerrimus indagator, lib. 6. epist. 3. inquit: Dictamno,
 nisi eam rursus Venus ab Ida sylva deportet, omnino deficiamus. Sed certē (ut ingenue fatear) nescio, qua auctoritate vel
 20 ratione scripserit Dioscorides, Cretense Dictamnū nec florem, nec semen proferre, cum id, quod ē Creta ad nos advehitur,
 una cum floribus deferatur, nullis praeerea deficientibus notis, quae in legitimo requiruntur: nisi dicamus hunc locum de-
 pravatum esse, ut sermē suspicor. Quod autem fructum ferat Cretense Dictamnū, & ex consequenti etiam florem, vide-
 tur supra declarasse Theophrastus, cum dixit: Usus est foliorum, non ramorum, nec fructus. Atqui id ipsum non obscure a
 Damocrate explicatum est, ut in Gal. legitur lib. 5. de comp. med. per genera, cap. 10. in emplastro ex Dictamno, quod ac-
 ceptum refert Damocrati. Hic nimirum Dictamno Cretico florem assignavit in illis Graecis versibus, quos solutus verbis sic
 vertimus. His quoq; omnibus addito Dictamni herba levis sic a florem habentis drachmas viginti. Hoc idem etiam credi-
 mus Virgilium carminibus expressisse lib. 12. suae Aeneidos, ubi ita cecinit:

III. DICTAMNUM ALBUM.



Hic Venus indigno nati concussa dolore,
 Dictamnū genitrix Cretae carpit ab Ida,
 Puberibus caulem foliis, & flore comantem
 Purpureo: non illa seris incognita capris
 Gramina, cum tergo volucres hāsere sagitta.

Plinio Dictamnū non modō flore, & fructu caret, sed etiam Plinius
 caule, quod tamen experientia, & ante dictorum testimonio pla-
 ne falsum esse deprehenditur. Nascitur in Creta ex solo. notatur.
 Pseudo-dictamnū porrō hodie paucū (ut arbitror) notum. Pisis Pseudo-
 hoc tempore ad me misit clarissimus Medicus Lucas Ghinus, cau- dicta-
 le dodrantali, lanuginoso, albicanteq;: cui folia ē caulibus etum- mnum.
 punt ex intervallis bina subrotunda, Dictamni tomento pube-
 scentia: de quorum omnium exortu flores purpurei prodeunt, mar-
 rubii vel melyssophylli modo verticillati, sapore pulegii, minus
 tamen acri. Vulgare autem Dictamnū AL & V M vulgō cogno- Vulgare
 minatum, nullam cum Cretensi cognationem habet. Siquidem dicta-
 planta est insignis, & gratissimo sanē aspectu spectat aq; pulchri- mnum,
 tudinis, foliis fraxino adeo similibus ut a quibusdam χαμαίφυλλα & ejus
 id est infima fraxinus, sit appellata. Caulem gerit bicubitalem historia
 rotundum, in cuius cacumine flores sunt Citrei mali non abfimi- Matthio-
 les, odore quadam cum graveolentia acuto, non tamen injucun- lo.
 do, ex purpura albicantes, ut in malva. Radice nititur divarica-
 ta, & quandoq; singulari, albicante, crassa pulpa substantia, &
 tenui intrinseca matrice, amara, & dum recens est hircum olente,
 minimi digiti crassitudine. Flores in quinquefida siliqua abe-
 unt scabro exteriori cortice, in quibus semen. Nascitur in collibus Vires
 elivosis, & saxosis, excelsat & ficit. Radix, cuius est usus, at-
 tenuat, aperit provocat & abstergit. Additur utiliter in antidotis,
 quae adversus venena, & venenosorum animalium iclus parantur.
 Necat interaneorum vermes drachma pondere hausta. Da-
 tur contra frigidos uteri morbos. Nam & menses, & secundas, &
 emortuum fatum educit, tum supposita, aut cum pulegio suffita,

60 tum ex vino meraco pota duarum drachmarum pondere. Valet quoq; ad alvi roriones, & ad ejiciendos renum calculos, eo-
 dem pondere. Additur utiliter in potionibus internorum vulnerum. Quidam causi sunt etiam ad Gallicum morbum, drach-
 mam quotidie praebentes ex Guajaci ligni decoctione non sine magno agrotantium commodo: datur quoq; comitialibus & in
 aliis frigidis cerebri affectibus. Praestat contra pestilentiae contagia, quocumq; modo sumatur: in summa ad multa utilis est
 radix. Siliqua & flores tactu pruritum faciunt: & in calidioribus regionibus cutem exulcerant. Dictamni ac falsi Di-
 ctamni vires tradidit Galenus lib. 6. simp. med. sic inquit: Dictamnū tenuiore essentia constat, quam pulegium: cetera
 illi simile. At quod vocant Pseudodictamnū ad omnia imbecillius Dictamno est. Quae herba Graecē Αλμάρ, & Latine
 quoq; Dictamnū appellatur: Arabicē Mescatremfir, Anegem Araba sive Bari: Italicē Dittamo di Candia: Germanicē
 Wilder Poley: Hispanicē Ditamq; & Ditauo real: Bohemicē Diptam anebo Trenudauna. Quod vero Graeci ψευδοδιτα-
 μνον appellant,

ἡ ἡρώδης, Latini item Pseudodictamnium, & falsum Dictamnium dicunt: Itali Falso Dittamo. Caterum vulgare dictamnium appellant Itali, Dittamo bianco: Germani Gemeiner Diptam: Galli Diptam bastard: Bohemi Treundauva salešna: Poloni Dyptam trzomdanla, Qui: album Dictamnium, Dioscoridis Tragium esse contendunt, delirio proculdubio afficiuntur.

† Hic locus illi proflus est similis, qui in vulgatis Dioscoridis exemplaribus legitur libro primo in capite Nardi montani, idcirco in hoc similiter, atq; in illo adnotavimus, mendum subesse arbitramur. Ergo communis quog; erit utriusq; loci ratio, qua uterq; suat, ut spero, integritati restituatur. Et quoniam supervacuum esset ea referre, qua alibi a nobis dicta sunt, nunc dicam tantum quomodo hic legendum censeam. Vulgata & ea quidem depravata lectio, quam secuti sunt interpretes, habet ἡτις αἰ ἄνθος, ὅτι νάρκισος πέτα. At illa, quam nos veram putamus, erit ἡτις αἰ ἄνθος, ὅτι νάρκισος σπυρίγες, qua verba ita Latine reddemus: Neg, verò flos, neg, semen confert. Ex hac castigatione illud facile fiet, quòd Dioscorides auctor gravissimus non solum erroris suspitione non condemnabitur, sed etiam maxime commendabitur, quòd ea scriptus tradiderit, qua cum alin veteribus conveniunt.

Dictamnium, *ἐπὶ τῇ ῥίζῃ* eò quòd ut Dioscorides, *ἐπὶ τῇ ῥίζῃ*. I. Dictamnus Creticus seu Cretenſis, C.B. Trag. Dod. gal. Lon. Cam. Cæſal. Dictamnium Cretenſe, Matth. Dictamnus, Brunf. Lac. Dictamnium Lob. Dictamnium verum, Dod. fol. Lug. Dictamnus vera, Cord. in Dioſc. Gef. hor. II. Pſeudodictamnus verticillatus, C.B. Pſeudodictamnium, Matth. Dod. gal. & fol. Lacu. Caſt. Lug. Cam. cui *καλιμαρθεῖα* hodie in Græcia. Pſeudodictamnium floribus verticillatis, Lob. Pro Pſeudodictamno ex Creta allata, Cæſ. Hic duplex, inodorus & odoratus. III. Dictamnium album, Matt. Cæſal. Caſt. Cam. Dictamnus putatus, Brunf. Dictamnus noſtra, Cord. in Dioſc. Dictamnus vulgaris, Trag. Gef. hor. *Πεονία* maſcula, eidem. Dictamnus officinarum, Lon. Tragium, Dodo. gal. Gef. hor. Chamæmelia, id eſt *Pumila fraxinus*, 20 eidem. Fraxinella, Cord. hiſt. Lob. Cluſ. hiſt. Pan. Lug. Taber. Hujus duo genera aliud humilius, breviorę ſpica, floribus & foliis dilutioribus: aliud elatius, oblongiorę ſpica & ſaturatiore, foliis nigrrioribus.

Εὐλαίσφηνον.

SALVIA.

CAP. XXXIII.

a Meum
ἐπαυκί-
στη δὲ καὶ
σικαριῶτι
καὶ
τρυφήν
λιλθεντων
ἀνθρώπων τὰ
πάντα· π-
τα τῷ
ἰμᾶνι Id
est, lon-
giora au-
tem &
aspera,
tactum
fallentia,
ut vestitiū
(ut ita di-
cam) at-
tributiones.
b Catac.
ἀνάθη κα-
τορία τῆς
πόλεως.
c Catac.
τραυμα-
τικὴ καὶ
σχισμὸς
vulne-
ribus cō-
ducit, &
anguine
distit.

SAlvia five Eleliphæon, frutex est ramosus, longus, virgas habens quadrangulas, & canas, folia malicotonæ effigie, *a* sed longiora, asperiora, crassiora, & quæ sensim attritarum quasi vestium scabritiem referant, hirsuta, subalbida, *b* perquam jucundo odore sed gravi: semen summis in caulibus sylvestri hominino simile gerit. In asperis nascitur. Menses cit, & urinas decoctum foliorum, ramorumq; potum, & partus extrahit, & pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur. Capillos denigrat, *c* vulnere sanguinem cohibet, tetra ulcera purgat. Testium pruritus sedant rami foliaq; si eorum decocto cum vino foveantur.

I. SALVIA MAJOR.

11. SALVIA MINOR SI-
ve Sphacelus.



Salvia
horrensis
& sylv.

Salvia
hortensis
& sylv.

ADed est vulgaris notitia *Salvia hortensis*, ut nulli prorsus reperiantur horti, in quibus hodie frequens passim non spectetur. Est etiam præter hanc *Salvia Sylvestris*, quæ in campestribus, asperis, incultis, & montibus provenit, foliis domesticæ similibus, candidioribus tamen, & hirsutioribus. Quo fit, ut longè aberrant, qui pro sylvestri *Salvia*. agrestem *Horminum* usurpant, quam seplasiarii *Centrū galli*, & *Gallitricum* etiam appellant. Verū animadvertendū est, quod illa, quæ am
sylve-

* III. SALVIA BACCIFERA. *



sylvestrem appello, ea sanè non est, quæ in Hispania campestribus, & asperis locis, ac in Masiliensi agro una cum nostrate nardo, & lavendula frequentissima nascitur. Quandoquidem hæc non sylvestris Salvia est, sed ea ipsa, quam domesticam vocant: nam quæ in hortis habetur alia non est, quam campestris in hortos translata. Ideoq; non scribit Dioscorides, Salviam in hortis nasci sed in asperis tantum locis. Caterum Theophrasto duæ Salviæ produntur genera lib. 6. cap. 2. de plantarum historia ubi sic inquit: Sphacelus & Salvia inter sese distant, quasi alterum urbanum, alterum genus sylvestre dixeris. Sphacelofolium latius, contractius, minusq; squalens: Salvia scabrius: hæc ille. Porro genera hæc Salviæ, quæ à Theophrasto redduntur, in Italia quoq; in hortis quam plurimè inveniuntur: in eaq; sum sententia, vi existimem sphacelum marem esse. Salviam verò seminam, Sphacelo id peculiare quoq; natura dedit, ut auriculatis, postrema parte, constaret foliis, id quod nusquam in Salvia mihi videre licuit. In Creta, ac etiam in quibusdam Apulia & Calabria locis, Salvia in cacumine gignit tubercula quadam gallarum instar, subalbida: quorum alias mihi copiam fecit Joannes Baptista Rhamnusius Illustr. Senatus Veneti Secretarius, vir moribus ac doctrina præclarus: is enim (quæ sua est humanitas) cum ea ex Creta sibi allata essent, mihi videnda tradidit. Salviam Græci Eleisphacon vocant. Unde factum esse Plinius la-puto, ut Plinius lib. 22. cap. 25. vocabulorum cognatione deceptus, quod Græcis lens phacos appelletur, crediderit magno errore Eleisphacon lentis speciem esse. Præstat Salvia mirum in modum ad omnes capitis affectus frigidos ac pituitosos, omnibus & articulo- rum doloribus, tam in potionibus, quam in fomentis. Quamobrem comitiales, veterinosos, stupidos, resolutosq; juvat: quinetiam valet ad pituitosas defluxiones & ad pectoris vitia. Sufficit arida Salviæ folia uteri profluvia sistunt. Commode ab

utero gerentibus devoratur Salvia, quæ abortire ex levi causa solent, conceptum enim continet & vivificat. Valent ad omnia prædicta Salviæ flores saccharo asservati. In summa ubi excalescere, siccare & adstringere opus sit, fuerit semper Salvia commodum admodum medicamentum. Salvia, Galeno lib. 6. simplicium medicamentorum teste, temperamento est evi- denter excalescente, ac leviter adstringente. De ejus viribus copiosius differtur Aetius sic scribens: Salvia manifestè cale- facit, & leviter adstringit. Tradunt quidam, suffitam salviam menses immoderatè fluentes, & omnino muliebri profluvi- um compescere. Agrippa sacram herbam vocavit, quam prægnantes mulieres, si fluida laxaq; fuerint, utilissimè comedere prædidit: continet enim conceptum, vitalemq; reddit. Ac si succi hujus heminam cum modico sale, quarto à secubitu die mulier potaverit, deinde viro miscetur, proculdubio concipiet. Ajunt in Copto Aegypti post sevas pestilentias, ab his qui su- persuerunt, ad eum succum bibendum mulieres coactas fuisse, plurimosq; inde productos fœtus. Dato inquit Orpheus, san- guinem expuentibus succi Salviæ cyathos duos, jejunis cum melle bibendos, & sanguis illico cohibebitur. Tabidis pilula in hunc modum parantur. Sumito spicæ nardi, gingiberis sing. drachmas duas: seminis Salviæ affati, triti & cribrati drach- mas octo: piperis longi drach. duodecim. & cum succo Salviæ pilulas conficito, & mane jejunis drachmam unam exhibeto, eo temq; modo in vespere, ac postea aqua pure quippiam propinato. Salvia Latini dicta, Græci Ελεϊσφακον & nominatur: Nomina Mauritanis Aelsfacos: Itali Salvia: Germanis Salbey: Hispanis Salvia & Salva: Galli Saulges: Bohemis Ssalvyieg: Polonis Szalvnea. Salvia minor, Græci Σπανδα: Itali Salvia minore.

Salviæ unius meminit Dioscorides, ac recentioribus plures sunt differentiæ, de quibus suo loco. I. Salvia major, C. B. Matt. Fuch. Dod. gal. & fol. Lacu. Lob. Tab. Lug. Salvia latifolia, Brunf. Trag. Gef. hor. Lon. Cam. Salvia domestica, Cast. Cæf. cui & Lentis sylvestris alterum genus foliis cotonei mali sed mi- noribus, Plinii. Hæc foliis vel albis, vel ipsorum pediculis ac nervis rubentibus: floribus est cæruleis, rarius candidis. Salvia minor, C. B. Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Lacu. Lob. Tab. Salvia minoribus foliis, Cord. in Diosc. Salvia Brunf. Salvia angustifolia, Trag. Salvia nobilis cognominata sive aurita, Gef. hor. Salvia tenuifolia auriculata, Cam. Salvia acuta: Lon. Sphacelus verus Theophrasti, Lug. Salviæ alterum genus, Cæf. cui Lentis sylvestris species folio minore Plinii. Salvia sylvestris, quæ Sphacelus, Castori, foliis est aliquando pinnatis, aliquando non, floribus aliquando albis, rarius luteis. III. Salvia baccifera, C. B. Hu- jus etiam Marthiolus meminit. Hæc multo cæteris lanuginosior & candidior, foliis crassioribus modo integris, modo pinnatis, cujus ramis globuli adnascuntur Gallarum magnitudine & forma, quibus Cre- tenses cum pane vesci solent. Salvia baccifera sive baccata Cretenfis, Adv. Salvia Baccifera Cretenfis, Lob. Lug. Cam. ad Matth. Salvia in Creta, Dod. fol. & Tabernæmontano.

H. A. 1000.

MENTHA.

CAP. XXXV.

Mentha cognita herba est. Calfaciendi, adstringendi, atq; exiccandi vim habet. Sistit sanguinem, po- to ex aceto succo: tineas in ventre teretes enecat: venerem stimulat. Singultus, vomitiones, chole- rasq; sedant terni ramuli cum acidi granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta illina- tur. Imposita fronti capitis dolores mulcet: mammas si tendantur, aut lacte turgeant, compescit: cum sale canum moribus illinitur: aurium doloribus cum aqua mulsa subvenit: vulvæ ante coitum tum admota conceptioni resistit: linguæ scabritiem conficta lævigat. Lac coire, densariq; in caseum non

Meum
planta
i. ramuli.

non patitur, a folia potionibus laetis immergantur. In summa stomacho utilis est, & in condimentis pe-
culiarem gratiam habet. Sylvestris mentha, Latini menthastrum vocant, hirsutius est folio, & proflus
majore, quam sisymbrii, graviore odore, quare minus ad sanorum usus expetitur.

I. MENTHA. I.



II. MENTHA ALTERA.



Menthae
confide-
ratio.

* III. MENTHA CRISPA
verticillata. *

Menthae
vires
Matth.

Menthae
vires ex
Gal.

Mentha cum hortenſis, tum etiam ſylveſtris, quam He-
trufci noſtri Latini nomen retinentes vulgò Mentha-
ſtro appellant adeo omnibus vulgari, notaq; eſt, ut ſine vi-
eius delineationem ſilentio prætermitti poſſe putaverim. Et
quamvis plures, quam hic ſcribat Dioſcorides, in hortis ſint
mentha ſpecies (una enim brevioribus & criſpioribus conſtat
foliis, alia rubenti caule & flore, alia verò albicante) hujus-
modi tamen ſpecierum differentia non ſunt, meo judicio plu-
rimi faciendæ. Mentha ſativa duum generum eſt, alterum
majus alterum minus. Major planta eſt odorata, foliis ſalvia
minoribus, per ambitum denticulatis, caulibus numerofis, flo-
ribus in ſummitate ſpicatis, ſubpurpureis pilofiſq;. Altera foliis
ex brevioribus anguſtioribusq; caulibus rubentibus, floribus
quoq; rubentibus, eximio odore. Vivax Mentha admodum eſt:
nam in hortis ſemel tantum ſata, tam reſtibili fertilitate du-
rat, ut vix in poſterum extirpari poſſit, quin renaſcatur: Aqua
ſtillaritia & tota Mentha planta, puerperarum mammis cum
lineolis admota, illita recens, lactis concretionem inhibet:
animum olfactu excitat: cum amylo & aqua pota, caliacos
juvat: ulcera manantia infantium capitibus mirè ſanat. Sin-
gultus & vomitiones ſiſtit, e mali punici vino pota. Illinitur
temporibus, in frigido capitis dolore. Impetigines illita probi-
bet. Aqua ſtillaritia eſt tota Mentha planta vitreo alembico in
ſerventis aquæ balneo parata, ſi unciarum quatuor pondere
ebibatur, ſiſtit ſanguinem (quod mirum forte multo vide-
bitur) è naribus profluentem. Veneris voluptatibus Mentha
commendata eſt: et ſi Plinius non ſine errore lib. 20. cap. 14.
planè contrarium ſcriptis tradiderit. Hujus Mentha ſa-
cultatis cauſam ſcìre reddidit Galenus lib. 6. ſimp. med.
ubi de ea iis diſſerit verbis: Hedioſmos, alii verò Mintben
odoratam nuncupant. Eſt enim & alia quedam Minthe
non odorata, quam Calamintben vocant. Utraq; guſtu acris,
& ſaculata calida eſt, ex tertio ordine excaſſacientium.
Inſir-

Infirmior tamen est mentha odorata, quam calamintha, & minus exalfacit. Ut enim in universum dicam, hac ceu syl-
vestris quadam est, illa ceu domestica. Quamobrem sane ob eam, quae ex cultu accedit, humiditatem, mediocriter item ad
venerem excitat. Id quod omnibus commune est, quae humiditatem semicoctam, & statuosam continent. Ob talem ipsius
herbae temperaturam in abscessibus ea quidem cum polenta mista utuntur. Id quod in Calamintha facere nequeas, propte-
rea quod valentius cum exalfaciat, tum desiccet, quam id genus possent. Habet verò etiam quiddam amarum in se, &
acerbum: & amaro quidem lumbricos interficit: acerbitate verò si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis rejectiones re-
primit. Substantia est, ut si qua alia herba, tenuinum partium: hac Galenus Verum animadvertendum est, hoc loco Gale-
num per sylvestrem Mentham non intellexisse legitimam Calamintham, quod is de odorata Calamintha (ut sequenti ca-
pite dicturi sumus) initio septimi libri de simplicium medicamentorum facultatibus copiose tractaverit. Ex quo facile con-
ficere licet, Galenum in hoc non suam, & veram appellationem retulisse, sed aliorum, & forte Graeci vulgi, qui sylvestrem
Menthā Calaminthā nomine appellare consueverit: id quod etiam Galeni locutio confirmare videtur. **MENTHA** Mentha
s r v m folia profert Mentha longè majora, hirsutiora ac candidiora: caules cubitales & flores spicatos, colore subpurpu-
reo, tenuibus unde quaque pilis: bene quoque olet. Nascitur plerumque, uliginoso loco, & prope rivis aquarum. Exalfacit, atte-
nuat, adstringit, incidit, aperit & suas quoque peculiare vires obtinet. Siquidem potum feminas a partu purgat. Datur
ejus decoctum utiliter potandum atheniensibus, & egrè spirantibus, quin etiam mulcendis torminibus, quae a flatu oriuntur.
Substratum vel accensum serpentes fugat. Instillatur succus verminosis auribus. Idem cum potum testibus, illius no-
turnas pollutiones prohibet: auxiliatur potius, morbo regio affectu. Strumosos illi juvat, ventris tinea pellit ex aceto
potus. Folia tam pota, quam illa praestant adversus venenosorum animalium ictus. Ceterum est & herba passim in hor-
tis crescens, folio salviae longiore, latioreque, betonica amulo, circumquaque serrato, in viridi albicante: caulibus cubitalibus, &
aliquando majoribus: in quorum cacumine flores exeunt corymbacei, colore melino, ranaceti modo. Planta in universum
amara est, non tamen vehementer subadstringens, & graviter odorata. Goritensibus hac vulgò vocatur **MENTHA** Salvia ro-
mana: in Hetruria verò Salvia Romana, quod potius foliis salviae reserat, quam Mentham: quin & herbam divae Mariae
graca: in Hetruria verò Salvia Romana, quod potius foliis salviae reserat, quam Mentham: quin & herbam divae Mariae

Mentha
syl Gale-
ni quid.Mentha
s r v mMentha
Graece
historia.Salvia ro-
mana.

IV. MENTASTRUM.

V. MENTHA GRÆCA.



nominant. Sunt etiam, qui Laspulātam appellant: sed unde apud hos id sibi nomen asserunt, nescio: ipsi dicant. Porro **Va-** Val. Cor-
lerius Cordus in suo dispensatorio, in unguento Marciati magno, duas profert Menthas, nempe crispam & Saraceniam: dus ar-
pro Saracenica autem Mentham hanc, de qua praefens mentio, imponendam esse censet. Sed quoniam id nulla comprobatur
authoritate vel ratione ejus quidem sententia adspicari non tutum esse arbitror: praesertim cum Nicolaus nuper a Fuchsio
Latinus factus, nullam hujusce Saracenicae menthae mentionem faciat, sed rubra & agrestis tantum. Id quod facile nobis
inducat, ut liberè dicamus, Cordi dispensatorium quàm plurimis scateat mendis, quippe quod non omnes medicamentorum
60 descriptiones ex bonorum auctorum fonte hauferit. Plantam hanc (ut ipse scribit) Germani vocant unse, Traven, Wunse/
id est, Mentham sanctae Mariae. Verum Fuchsius aliam eodem nomine ab hac longè diversam ostendit. Qui verò horum
erraverit, in hoc Germanica lingua peritiores judices erunt: quanquam si Hetrusci Germanica, vel Germanici Hetrusci
nomina respondent. Cordo potius (quantum ad vocabulum spectat) quam Fuchsio acceperim, quod ut modo diximus, her-
bam divae Mariae eam vocent in Hetruria. Totā plantā exalfacit, siccā, aperit, attenuat, roborat, abstergit & provocat, Menthae
auxiliatur uterinis affectibus. Medetur hydropicis, & praesertim anasarca laborantibus. Siquidem fruges altum jecur ex-
calfacit, & vasorum obstructions aperit. Illinitur ex oleo Irino aut Nardino lienosis, & ex vino servato urinae agra-
reddentibus. Lentigines, albos, & alia cutis vitia emaculat, illius noctibus succus. Folia adduntur in placenta, & ita
eduntur à mulieribus, uteri affectibus obnoxii. Sunt etiam qui eadem tenui pulicula illa fruant in patella in oleo aut
butyro, & in cibis iis utantur. Hujus epotus succus alvi tinea, & lumbricos enecat: frigido utero subvenit. Ventrículum
robora-

roborat, tam haustus, quam illitus, & vomitiones compescit. Tota planta tam substratu, quam suffieu serpentes fugat, & eorum venenis resistit: quin & infarctus expedit, & capiti robur addit. Ea Græcis *νόστος*, Latinis pariter & Italis *Mentha* vocatur: Arabibus *Nabanab*: Germanis *Münz*: Hispanis *Hierva buena* & *Ortelana*: Gallis *Mente*: Bohemis *Muta*: Polonis *Mietka*. *Mentha* verò *Graca*: Italis vocatur *Mentha Graca*, *Salvia Romana*, & *herba Santa Maria*, nonnullis *Assulata*: Germanis *Bnser Grawen Münz*: Bohemis *Kzecka Mata*: Polonis *Marzea Mietka*: Gallis *Grand Coq*. *Menthastrum* autem sive *Mentha sylvestris* Græcis *νόστος* & *ἄγριος*, Italis *Mentastro*: Germanis *Wild Münz*: Bohemis *Plana Mata*: Gallis *Mente Chevaline*: Polonis *Kobiila Mietka*.

Mentha, veteribus *νόστος* Plinio auctore dicebatur, at ob odoris suavitatem postmodum *νόστος* dicta: verum recentiores & *Menthae* & *Menthastrum* multas veteribus indictas noverunt differentias, ut in *Phytopinace* monuimus, propositis *Menthae* septendecim & *Calaminthae* sex differentiis. I. *Mentha angustifolia* spicata, C.B. *Mentha*, Brunf. *Mentha* prima, Matth. *Mentha hortensis* prima, Gef. hor. *Mentha sativa* tertia, Fuch. Dod. gal. *Mentha* tertia, Dod. fol. *Mentha Romana* officinarum sive præstantior angustifolia, Lob. *Mentha hortensis* oblongo folio, Cæf. *Mentha sativa*, Cast. Lug. *Mentha odorata* angustifolia, Cam. *Mentha acuta*, Tab. Hæc aliquando angustissimo & acutissimo reperitur folio. II. *Mentha altera*, Matth. *Mentha sativa* 2. Lacu. *Mentha minor*, Castori. III. *Mentha crispa* verticillata, C.B. *Mentha sativa* prima, Fuch. Dod. gal. Lacu. *Mentha* prima, Dod. fol. *Mentha vulgata* serpens rotundior folio, Pulegii flore coronato, Lob. obf. *Cruciata Mentha*, Lob. icon. *Mentha sativa* crispa, Lugdu. IV. *Mentha sylvestris* longiore folio, C.B. *Mentha equina*, Brunf. *Menthastrum*, Trag. Matt. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. hist. Lacu. Lob. Cast. *Menthastrum* vulgare, Lugd. *Mentha sylvestris*, Gef. hor. Lon. *Mentha sylvestris* altera, Cæf. cui *Calamintha* Galeni. Variat foliis longioribus & nigrioribus, minufve incanis. V. *Mentha corymbifera*, C.B. *Balsamita*, Brunf. *Alisma*, Trag. *Balsamita* major, Dod. gal. & fol. Lac. *Mentha Græca*, Matth. Gef. hor. *Mentha corymbifera* major, Cord. in histo. *Mentha Romana*, Lacu. *Mentha Sarracenica*, Erico Cordo. Val. Cordo in Diosc. (qui *Chrysocome* cognatam statuit) *Lonic*. Cam. *Costus hortensis*, Gef. hor. Lug. Cam. *Costus hortorum*, Lob. *Herba S. Mariae*, Cæfalp. cui *Melilotus* *Dioscoridis*, *Plinii* & *Avicennae*.

Καλαμίνθη.

CALAMINTHA.

CAP. XXXVI.

EX *Calaminthæ* generibus quædam montibus familiaris, folia ocimi habens, incana: furculos & caules angulosos, purpureum florem. Altera *pulegio* similis est, sed major: quam *sylvestre pulegium* indeo appellantur, quod odore ipsum æmuletur: *Nepetam* Latini vocitant. Tertia *menthastrum* cognata est foliis oblongioribus, caule & ramis majoribus, quam superiora, sed viribus inefficacior. Omnium folia gustu impense feruentia & acris: radix supervacua. Nascitur in campestribus, asperis & aquosis. Potu aut illitu demorsis a serpente opitulatur. Decoctum potu menses, & urinas expellit: ruptis, convulsis, orthopnoeæ, torminibus, choleris, horroribusq; auxiliatur: regium morbum expurgat. Præsumpta in vino venenis resistit: tinea, cæteraq; interaneorum animalia cum sale, & melle pota, enecat: nec secus cocta, crudave, literatur. Elephanticos esitata adjuvat, si postea serum lactis ebibatur. Folia detrita, si in velle subijciuntur, menses extrahunt, & partus enecat: accensa, aut substrata, serpentes fugant: nigris cicatricibus candorem reddunt in vino cocta & illita: sugillata tollunt. *Calamintha* ischiadicis imponitur, ut ex alto humores evocet, summam cutem exurens. Vermes necat succus auribus instillatus.

I. CALAMINTHA.

Calaminthæ consideratio.

Nipotelia.

Brasavolus error.

Gattaria mentio.



Calamintha officinis Calamentum dicitur, cujus tres numerantur species. Sed ejus frequentior est usus, quæ Latinis *Nepeta* vocatur, secundo loco hic à *Dioscoride* tradita. Nomen hæc apud *Hetruscos* in hunc usq; diem retinet: signidæ nostrates eam, corrupto tamen nomine, vulgò appellant *Nipotelia*. Nascitur hæc in inculto solo in apricis secus itinera, & sepess, quin etiâ in collibus foliis *pulegio* majoribus subrotundis, hirsutis, & per ambitum leviter serratis laciniatis: caulibus, cubitalibus, angulosis. foliosisq; & hirsutis. Flores edit parvos, purpureascentes, qui à medio caule usq; ad summum verticillatim erumpunt, ut in *pulegio*, at in cacumine copiosiores habentur: radices tenues, & numerosas multifidasq;. Ceterum hæc in re *Brasavolus* (pace ejus dixerim) aperte hallucinari deprehenditur, quod pro certo existimet *Calamintham* secundo loco à *Dioscoride* descriptam illam herbam esse, quam, ed quod catti magna ejus capiuntur volupate, *Gattariam* quidam vulgò nominant. Error hinc manifestè proditur, quod *GATTARIA*, cujus hic imaginem damus, sit herba foliis urtica, aut *apiastro* similibus, quæ quantum à *pulegii* foliis distideat, non modò ceteris notis, verum etiam odore, in quo *Brasavolus* nititur, si dijudicent quibus differetias rectius norunt. Sunt tamen è vulgaribus, qui *Gattariam* etiam *Nepetam* appellent, quorum nomenclaturam magis fortasse secutus *Brasavolus*, quam planta ipsius notas, hallucinatus deprehenditur. *Nepeta* itaq; *Dioscoridi* nil aliud unquam, mea opinione, fuerit, quam vulgaris *Calamintha*, quæ officina utuntur, quamq; nos vul-

* II. CALAMINTHA MAGNO flore. *

III. CALAMINTHA MONTANA.



IV. CALAMINTHA Aquatica.



Nos vulgò vocamus Nipoteia: quandoquidem vulgari usui Calamintha, non modo solius pulegii amulatur, sed etiam sapore, & odore fragrantia. Quo fit, ut mirum non sit, si Dioscoridis testimonio, à quibusdam sylvestre pulegium vocata fuerit: non enim odore tantum (ut Brasavolo velle videtur) Nepeta pulegium imitatur, sed & solus & caule. Quamobrem dicamus licet, nullo pacto existimandum esse, Gattariam herbam esse Nepetam secundam Calaminthæ speciem. Neque etiam putandum, eandem tertiam esse quemadmodum falsò credidit Ruellius. Quippe quoniam ecerit hanc Dioscorides Ruellius Menthastrum similem, non autem melissophyllo, aut urtica, ratum, quas (ut paulò ante diximus) Gattaria repræsentat. Quapropter non modò ea de causa ejus sententiam expugnandam prætulerim, sed etiam quòd sapius ipse in locis aquosis, campestribus & asperis repererim tertiam Calaminthæ speciem, menthastrum amulam, subalbidioribus tamen, oblongioribus hirsutisq; foliis, caule & ramis majoribus, quàm superior ac gustu acriori. Non secus & montana mihi frequens olim occurrebat montana in excelsis vallis Anania montibus foliis albicantibus, ocimifimilibus, surculo & caule anguloso quadrangulo, & flore in purpura rufescente. Quamquam in hoc errore Anicia quidem sententia, versantur Monachi illi reverendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, ut asserere non dubitent, montanam hanc Calamintham legitimam esse Nepetam. Sed ad GATTARIAM venio. Ea enim planta est vulgaris notissima. Folia fert melissophylli, aut urtica, sed minorà & subcandicantia. Caudem edit bicubitalem, quadratam, numerosis ramis, quadrangulis & incanis. Flores edit albos orbiculatim emergentes, sed qui in summis caulibus habentur spica figuram referunt. Radices habet multifidas & fibrosas. Odor universa planta acutus, caput feriens, quin etiam servidus sapor cum amaritudine haud obscura. Nascitur in campestribus & agrorum aggeribus, secus vias, & uliginoso solo. Excalfacit & virescit, Calaminthæ modo, adò, ut ea uti possint medici Calaminthæ vice, ubi illa non sit ad manus. Peculiariter autem Gattaria ad omnes capitis pectoris, ventriculi & uteri morbos, à pituitosis excrementis, aut flatu genitos. Ideo auxiliatur diuturno capitis dolore affectu, vertiginosis stupidis, resolutis, convulsis, comitialibusq; quinetiam anhelosis, asthmaticis.

siccatur, Calaminthæ modo, adò, ut ea uti possint medici Calaminthæ vice, ubi illa non sit ad manus. Peculiariter autem Gattaria ad omnes capitis pectoris, ventriculi & uteri morbos, à pituitosis excrementis, aut flatu genitos. Ideo auxiliatur diuturno capitis dolore affectu, vertiginosis stupidis, resolutis, convulsis, comitialibusq; quinetiam anhelosis, asthmaticis.

V. HERBA GATTARIA

Calamintha
thæ virens
ex Gal.

maticis & suspiriosis. Medetur item ventriculi distensionibus, & flatu proventibus. Tot a planta menses elicit, tam pota, quam in defensionibus addita. Herba usui steriles prolificas facit, ubi sterilitas a frigida, humidaq; causa proveniat, namq; valenter uterum calefacit. Succum naribus infusus pituitam valenter ejicit, & visum acuit. In summa ubi valenter excalfacere opus sit, Gattaria plurimum prostat. Calamintha meminit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic de ejus viribus differens: Calamintha essentia est tenuis, & calida siccaq; temperie, ex terio quodammodo ordine utraq; qualitate. Horum manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu siquidem acris, & palam calida est, ac paulum omnino subamari habet. Periclitantibus autem, & corpori admoventibus extrinsecus imposita, primum quidem valde excalfacit & mordicat, cutemq; laniat, postremo etiam ulcus efficit. In corpus autem intro assumpta, tum ipsa per sese sicca, tum etiam cum melicrato, perspicue calfacit, & sudores ciet, omniq; corpus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidam ipsam contra rigores per circuitum repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni, intro vero assumptes, sicuti est dictum. Quinetiam & coxendicibus tam quidam in agnitionibus ischiadicis, tanquam strenuum remedium illinunt. Trahit enim, que in profundo haberent ad superficiem externam, totumq; adeo articulum excalfacit, cutemq; non obscure adurit, mensesq; tum epota, tum apposita admodum efficaciter provocat. Bonum etiam elephantorum remedium, non est tantum quod strenue tenues humores digerit, verum etiam quia extenuet, & incidat valenter crassos, quales sunt qui hunc morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorem reddit, & sugillata digerit. Sed in talibus in vino coctam cataplasmati modo imponere viridem magis,

quam siccam præstat. Quippe arefacta vehementior redditur, & ad urendum promptior. Porro talis cum sit, ad venenatarum bestiarum morsus assumitur, velut etiam cauteria, & quaecumq; medicamenta calida sunt, & acris, tenuiumq; partium, quæq; facile ex alto ad sese circumjacentem omnem qualitatem possunt attrahere. Ceterum quæ illi inest amaritas, plane exigua est: verum ad quadam ita efficaciter agit, ut quæ valentissima est, nimirum, cum conjuncta sit vehementi calori cum tenui essentia. Quare & ascaridas, & lumbricos succus ejus aut infusus, aut epotus enecat. Eadem ratione aurum vermes, aut si alicubi in corporis parte sinuosa, aut implicata, quæ putredine tentetur, talis provenit affectus. Sic & conceptum seu pota, seu admota interimit & ejicit. Agitur incidendi quidem ei vis adeit, propter calorem ejus, tenuitatem & amaritudinem: abstergendi vero propter unicam amaritudinem. Itaq; asthmaticis ob omnia ante dicta prodest: ictericus vero, si vere regio morbo laborantibus potissimum ob amaritudinem, sicut alia sepe omnia amara, ut pote abstergentia, & expurgantia in jecinore provenientes obstructions. Ad omnia jam dicta efficacior est montana. Καλαμίνθη herba sic Græcè, ut etiam Calamintha Latine dicitur: Arabicè Calamentum: Italicè Calamintha & Calamento: Germanicè Willder Poley: Hispanicè la Nevada: Gallicè Poulliot sauvage: Bohemicè Marulka Polni. Calamintha montana, Græcè Καλαμίνθη ὄρος: Italicè Calamentosaive Nipotella montana: Officinè, Calamentum montanum. At Calamintha aquatica: Græcè Καλαμίνθη ὑδάτος: Italicè Calamento aquatico. Quam vero Gattariam vocant: Italicè herba Gatta: Germanicè Kassennept: Bohemicè Kocurnik: Gallicè herbe de Chat.

I. Calamintha (quasi bona & utilis mentha) vulgaris officinarum, C.B. Calamintha, Matth. Dod. gal. Cast. Calamintha altera, Lacu. Calamintha montana, Gef. hor. Dod. fol. Lug. Calamintha montana vulgaris, Lob. Tab. Calamintha vulgaris, Cam. Nepeta montana, Cord. in Diosc. II. Calamintha magno flore, an prima Dioscoridis? C.B. Calamintha montana præstantior, Lob. Lug. Tab. Calamintha montana, Cam. Calamentum montanum, Cæsalpino. Hæc ex radice caules emittit cubitales quadratos, quos ambiunt folia vulgari latiora profundius crenata, hirsuta: flores quævis Calamintha majores, forma respondententes, purpureos, semen parvum: gravior est totius plantæ quàm aliarum odor, gustu & olfactu suaviter acris. In montibus Patavinis legimus, in agri etiam Narbonensis saxosis & umbrosis reperitur. III. Calamintha pulegii odore, fortè secunda Dioscoridis, C.B. Calamintha montana, Matth. Lacu. Calamintha Italica pulegii odore, Gef. hor. Calamintha secunda Dioscoridis, Lugd. & Cam. cui & Nepetella. Calamintha altera odore gravi Pulegii, foliis maculosis, Lob. cui Nepeta Dioscoridis & Lugd. Calamentum quod vulgò Nepeta, Cæsalp. Calamentum arvensis secunda, Taber. Pulegium sylvestre sive Calamintha altera, Dod. fol. Nepeta agrestis, Cord. in Diosc. IV. Calamintha arvensis verticillata, hirsuta, C.B. Menthastrum, Brunf. Nepeta agrestis vel quarta, Trag. Mentha aquatica exigua, eidem. Nepeta. Lon. Calaminthæ alterum genus, Fuch. Dod. gal. Calamintha aquatica, Matth. Lob. Lugd. Polycnemum, eidem. Calamintha arvensis, Gef. hor. Tab. V. Mentha Cataria, quod ea seles delectentur, C.B. Nepeta vulgaris, Trag. Herba Gattaria, Matth. Cast. Gattaria vulgò appellata, Cæsalp. Gattaria herba Dod. fol. Herba felis, Lugd. Calaminthæ species, Gef. hor. Calaminthæ primum genus, Fuch. Calaminthæ tertium genus, Dod. gal. Calamintha montana, Lon. Calamintha 2. Thal. Balfamita major, Lac. Nepeta agrestis fruticosa, Cord. in Diosc. Nepeta Germanica, Cam. Mentha Cataria, Lob. Mentha felina, Tab. Sunt qui Calamintham tertiam Dioscoridis velint: alii Nepetam veterum: alii Melissæ speciem: alii inter Calamintham & Melissam mediam faciunt.

Thymum ab omnibus cognoscitur, furculosus frutex, exilibus foliis, multis, & angustis circumdatus, capitulis in cacumine, flore purpurascens refertis. Gracili solo, & petroso a provenit. Vim a Meum additum. Maxime. habet hanc, ut cum sale, & aceto potum, pituitam per alvum detrahat. Decoctum jus prodest orthopnoeis, & anhelatoribus: tineas ventris exigit: menses, partus, & secundas pellit: urinas ciet. Cum melle in eclogmate faciles facit excreationes: recentes tumores discutit, cum aceto illitum: concretum sanguinem dissolvit: verrucas thymi colorem reddentes, penilesque tollit. Ischiadicis cum vino, & polenta impostum subvenit: hebetibus oculis in cibo prodest. Perquam utile pro condimento, duntaxat ad usus eorum, qui recte valent.

I. THYMUM.

* II. THYMUM VULGAR-
retenuiore folio. *

Thymum duorum generum esse testatur reliquit Theophrastus lib. 6. cap. 2. de plantarum historia, ubi de eo differunt Thymi huiusmodi. Quin & Thymum candidum, nigrumque reddunt. Serd admodum floret: nam circa aequinoctium incipit. Mel a pes hinc capiunt, & hoc augurio apiarii constare affirmant, an probe melletur, nec ne. Etenim si aliter desoluerit, mellatio minus probe succedit. Desinitur, peritque, si imber incesserit. Semen sacculum saturata, atque, etiam magis origani manifesto sentitur: thymi vero nullum ostendi potest, sed floribus quodam permiscetur modo. Flores etenim ferunt, itaque, oritur thymum: hactenus Theoph. Caterum nunc Thymum in Italia notissimum est. Praestat autem quod ex Apulia feritur: quoniam laudatissimum est, quod ex Creta insula, aliisque, nonnullis Graeciae locis advehitur. Unum tantum thymi: minoris videlicet, meminit hic Dioscorides. Verum cum in 1. 4. in epithymi historia, Epithymum florem esse scribat, & thymo duriore, satyria simili, haud dubie ostendit se non secus ac Theophrastum, duo thymi genera observasse. Unum quod mittit furculos complures exilibus foliis, angustis & numerosis circumdatus: in quorum cacumine sunt capitula flore purpureo referta. Alterum vero lignosius, fruticosius, ac durius, satyria simile. Thymo hoc duriore passim feret Goritensis ager, ejusque praecipue colles: in eoque, (ut libro quarto suo loco dicitur) legitimum Epithymum oritur. Manat ex eo oleum aurei coloris, quod una cum aqua elicitur, dum per calentis aquae balneum herba recens viridique, distillatur. Hoc Ciceroni malum resistit, & gustu acutissimum est, & ad ea omnia utile quae vehementer exacerant. Thymi meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ubi de ejus viribus ita scribit: Thymum incidit, & calfacit manifeste: ob id & urinam & menses ciet, sacculum evellit, & viscera potum expurgat: educendus ex thorace, & pulmone confert. Itaque, ut ex calfaciendo, & exsiccando in tertio ordine statuendum est. Prater has autem a Galeno descriptas, alias quoque Thymo vires reddidit Aetius sermone primo, sic inquit: Hac vero experimentis de Thymo comperta sunt: dato jejuni articuli nudo laborantibus, Thymi aridi minutissimi drachmas quatuor cum oxymelite cyathum. Item catum, reliquosque humores, atque, acrem sanem evacuat: facit & ad vesicae affectus. Ventre autem inflato, ubi scilicet intumescere coeperit, drachmam unam dato jejuni cum cochleari aqua mulsae. At lumborum coxendiciumque, dolorem, laterum, & thoracis, ac hypochondriorum suspensiones ac inflationes, pondere trium drachmarum cum oxymelite temperato mensura cochleari jejuno exhibito. Similiter etiam & melancholicis, & mentis turbatis, timoreque, detentis drachmas tres cum oxymelite temperati cochleari praebeo. Dato item jejuni, & ante coenam adversus lippitudinem, & vehementem oculorum dolorem. Praterea contra podag-

gram etiam qua motum omnino interceperit, cum vino utilissime propinatur. Postremo ad tumefactos testes jejuni trium drachmarum pondere exhibeatur. Verum ab atro thymo abstinere oportet: corrumpit enim temperamentum, bilem, gignit. Eligendum quod purpureo flore est, praestantius tamen quod album illum habet. Planta, qua Græci θυμὸν, Latini item thymus & thymum appellatur: Mauritani, Hasce: Itali, Thymo: Germanis Römischer Quendel und Weisscher Quendel: Hispani Tomilho falso: Galis Thym, seu Mariolaine d'Angleterre: Bohemi Thym: Poloni Dzięciolina.

Thymum ἀπὸ τῆς θυμῆς, quod eo veteres primum usi sint in sacris, quæ accenso igne fiebant. Quatuor agnoscuntur differentiae, siquidem vulgaris thymus duplex habeatur, tenuiore & latiore folio, tertium capitatum, & denique latifolium quoddam Lobelus in editione Belgica proponit, quod nec dum vidi-
mus. I. Thymus capitatus, qui Dioscoridis, C.B. Cord. hist. Thymum, Matth. Lac. Lob. Thymum Cre-
ticum, Dod. gal. Cord. in Diosc. Cæs. Lugd. Thymum cephaloton, Dod. fol. Thymum legitimum, Clus.
hist. Hisp. Thymus verus capitatus, Cam. Thymus secundus, Alpino. II. Thymus vulgaris tenuiore fo-
lio, C.B. Thymus, Brunf. Trag. Fuch. Lon. Cord. in Diosc. Thymum durius, Dod. gal. Thymus vulgaris,
Gef. hor. Pepolina Cæs. alpino.

Θύμιν.

SATVREIA.

CAP. XXXVIII.

Satureia trivialis notitiæ est. Gignitur in asperis locis, & tenui solo, thymo similis, minor tamen, & re-
nerior: defert spicam florum plenam, coloris herbacei. Eadem potest quæ thymum, si modo consimili
sumptitetur. Aptus sanis usus. Est etiamnum quædam sativa sylvestri proprus minor, quæ propter
mitiorem acrimoniam commodius in cibos recepta est.

I. SATVREIA DIOSCOR.

II. SATVREIA ALTERA.

Thymi
conside-
ratio.

Thymbra duum est generum. Ea autem, quæ à Dioscoride describitur, thymo similis est, minor tamen, & renerior. Spicam
defert florum plenam, coloris herbacei. Gignitur in asperis locis, & tenui solo. Hu notis maxime ea ad stipulatur, cujus
hic imaginem appropinquamus. Siquidem hæc foliis, ac cauliculis thymum adeo representat, ut non desint, qui eam pro thymo
recipiant. Præterea thymo gracilior, longeq, tenuior est, verum capitula thymi modo non profert. Siquidem cauliculi
in spicatos processus desinunt, in quibus flores emicant parvi, subpurpureo colore. Quin etiam (ut Dioscorides inquit) non
solùm sponte nascens habetur, sed etiam domestica, sativaque. Altera (si THYMBRA tamen, aut Satureia rectè ap-
pellari possit) major fruticosiorq, provenit, & in hortis frequentior, ramis multis in orbem circumquaq, se diffundentibus,
rotundis, atque lignosis. Folia profert Thymo majora, subaspera, durioraq, quæ circa surculos plura simul per intervalla
erumpunt, è quorum exortu spicati quidam processus, foliis quibusdam ceteris longè minoribus stipati prodeunt: in quibus
flores nascuntur parvi, ex purpurea albicantes. Radice nititur lignosa, multipliciq,. Hæc non solùm feritur in hortis sed
etiam ut altera sponte provenit, in apricis collibus, & in torrentium alveis, fruticosior tamen, durior ac asperior. Thymo
suis in qualitatibus similis est, proinde excalfacit, attenuat, incidit, digerit & aperit, viribus ab altera non differt. Thymi
enim facultatibus omnibus refert a est. Hanc eam ego esse censeo, cujus post Thymbram meminit Columella libro nono
capite quarto de Rustica, de apibus agens hæc verba: Eadem regio facunda sit fructu exigui, & maxime thymi, aut
origani, tum etiam Thymbræ, vel nostratis cunila, quam satureiam Rustici vocant. Siquidem nos in Hetruria corrupta
à Cunila

Satureia
Columellæ.

à Cunila appellatione, eandem appellamus Coniella: in aliis tamen plerumq. Italia locis, quod à Satureia vocem corrumpere maluerint, appellatur vulgò Savoreggia. Non desunt etiam inibi, qui ab acrimonia, quam piperis ferè modo gustu re-
 presentat, eam vulgò Peverella, quasi Piperellam nominent. Caterum quod in simplicium censu usquam Thymbra me-
 minerit Galenus, nondum compertum habeo. Paulus verò ejus mentionem fecit libr. 7. ubi de utraq. specie in paucis dis-
 serit. Thymbra sylvestris eadem quæ thymum præstat. Hortensis autem altera quidem imbecillior est, sed ad ciborum
 usum gravior & accommodatior. Quæ herba *θύμρα* Græcè, Thymbra, Cunila & Satureia Latine vocatur: Arabicè Sa-
 hater seu Sahatar: Italicè Thimbra, Coniella, Sauoreggia & Peverella: Germanicè Runcel / Zwibel, Hyssop und Sattu-
 ren; Hispanicè Segurella: Gallicè Savoreie, Sarriette & Satrea: Bohemicè Saturege: Polonicè Combr.

Piperella

Thym-

bæ vires

ex Paulo.

Nomina.

Satureia (quæ *θύμρα* Theophrasto fortè *ἀπὸ τῆς θύμης* ob fragrantiam) quibusdam à saturando dicta,
 quod cibus loco condimenti addatur. I. Satureia Dioscoridis, Matth. Cast. Lug. qui vult notas omnes
 Dioscorideas huic plantæ convenire, licet Adversaria Polium foeminam recentiorum Matthioli figura
 exprimi velint. II. Satureia hortensis, Cunila sativa Plinio, C.B. Hyssopus agrestis, Brunf. Satureia, Tra-
 go (cui & hortensis Hyssopus) Cord. in hist. (cui & Thymbra sativa) Lac. Lon. Lob. Dod. fol. Cæsal. Tab.
 Cam. Satureia sativa, Fuch. Satureia hortensis, Gef. hor. Lob. in icon. Satureia vulgaris, Dod. gal. Satureia
 altera, Matth. Satureia sylvestris altera, Cast. Satureia vulgaris hortensis, Lugd. Thymbra vera, Gef. hort.
 Thymbra sativa Satureia, Cord. in Dioscoridem. Caule & foliis aliquando cæruleis reperitur.

Ἑρπύλλου,

SERPYLLUM.

CAP. XXXIX.

Serpyllum duorum generum est. Hortense odore sampsuchum imitatur, atque in coronas addi solet,
 cui à serpendo nomen inditum est: quoniam si quæ ejus particula terram attingat, inibi radices de-
 mitter. Folia & ramulos origani habet, sed candidiores, in maceris multò procerius assurgit. Sylve-
 stre, zigis appellatum, [non serpit, sed in altitudinem increscit,] ramulos edens tenues, surculosos, fo-
 liis refertos longioribus, quam rutæ & durioribus, angustis. Flores jucundè olent, gustanti acres. Ra-
 dicis nullus usus. Nasctur in petris, sativo efficacius, atq; magis exalfaciens, & ad medendi usum apti-
 us. Menses trahit, & urinam potu ciet: torminibus, ruptis, vullis & jecinoris inflammationibus auxilia-
 tur: & adversus serpentes potu, illituve prodest: capitis dolores mulcet coactum, adjecto rosaceo & ma-
 defactum in aceto: maximè verò phreneticis & lethargicis convenit. Cruentos vomitus sedat succus,
 drachmis quatuor ex aceto potus.

Cenclusa

non legit

Orib.

a Me. &

C. t. v. r.

f. i. i.

subangu-

sta.

b Catad-

dit. d. i. i.

i. morda-

cem.

I. SERPYLLUM.

II. SERPYLLUM AL-
terum.

Serpyllum hortense in Herturia haud negligitur, sed in hortis feritur, & magna admodum diligentia colitur, quod et-
 iam inibi (ut Dioscorides inquit) in coronamenta additur. Sylvestre duorum est generum: unum flore candido, odo-
 re citrei mali: quod latius provenit, humiliter repens, levioribus foliis in gyrum sese unà cum ramusculis diffundentibus: alte-
 rum verò flore purpureo, gustu per quàm acri, satureia simili. Utrunque copiosissimè nascitur apud Goritienses Salva-
 zino monte, quo mihi hæcenus lætus nusquam videre contigit, nec item odoratum. Serpyllum à Theophrasto, cui hortense
 se nihil aliud esse censeo, quàm sylvestre in hortis satum, describitur libro sexto, capitulo septimo, de plantarum
 x y +

Serpylli
confide-
ratio.Serpylli
hist. ex
Theophr

historia, ubi de eo differit in verbis. *SERPILLI* sylvestre etiam genus est, quod deferentes ex montibus ferunt, ut apud Eycionem fieri solet, atq; etiam Athenis ex monte Hymetto: apud alios vero, ut in Thracia, montes, & plana omnia Serpyllo scatent. Peculiaris huic auctio germinum: quippe cum in quantumvis longitudinis procedere valeat, natum scilicet adminiculum, cui juxta sepes aliquas satum. Genera urbana reddere non est, ut retulimus: ferocia esse affirmant. Hoc enim in montibus tum saturatum quoddam, atq; vehementissimum: tum gratum odore, molliusq; comperiri. Tempus serendi plurimum autumnus: hoc enim primum ferere nimirum properant. haec Theophrastus. Ex cuius etiam verbis satis perspicue colligi potest duo esse sylvestris Serpylli genera. Quare etsi palam unius tantum generis mentionem fecerit Dioscorides, duorum tamen obscure meminisse potuit, cum inquit: Sylvestre, zigis appellatum, non serpit, sed in altitudinem assurgit. Nam si unum tantum sylvestris Serpylli genus Dioscoridi notum fuisset, eis sane necessarium non erat addere zigis cognomen differentia causa. Sativum radicibus quidem serpit, sed ramuli attollitur, amaraci modo, quemadmodum sylvestris altera species, quae malum citreum olet. Proinde scite Plinius lib. 20. cap. 22. ita de eo memoria prodidit. Serpyllum a serpendo putat dictum, quod in sylvestri evenit, in petris maxime. Sativum non serpit, sed ad palmi altitudinem incre-
 scit. Serpylli vires pauci perstrinxit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Serpyllum usq; adeo ex-
 calfacit, ut & menses & urinas moveat: est autem & gustu admodum acre. Excalfacit, exsiccant, digerit, incidit & aperit,
 omnia genera paribus pollent facultatibus, verum tamen sylvestre ad omnia valentius habetur. Ejus nomen Graecum ἰσχυρὸν
 Nomina. & Latine Serpyllum: Arabicum Hemen: Italicum Serpillo: Germanicum Quendel und Hüner Kôl: Hispanicum
 Serpolio & Serpani: Gallicum Serpoulet: Bohemis Materii dankska. Serpyllum alterum & Serpyllum sylvestre: Graecis
 ἰσχυρὸν & ἰσχυρὸν: Italis Serpollo seu Serpillo salvatico.

Diosco-
 rides
 duorum
 meminit

Serpylli
 vires ex
 Gal.

Nomina.

Serpyllum differentias varias, & ratione odoris, qui pro diversitate locorum & coeli odorem mutat: & ratione coloris florum, foliorum item glabritiem & hirsutiem, eorumdem rotunditatem & angustiam, obtinet, hic de duabus tantum. I. Serpyllum sativum, C. B. Serpyllum Matth. II. Serpyllum vulgare minus C. B. Serpyllum Brunf. Trag. Fuch. Lon. Lob. Cæs. Thal. Serpyllum alterum, Matth. Serpyllum vulgare. Dod. gal. & fol. Serpyllum sylvestre, Cordo in Dioscoridem Matth. in compen. Serpyllum sylvestre alterum, Cast. Serpyllum minus, Tabernæmontano.

Sampsuchum.


SAMPSUCHUM.

CAP. XL.

Sampsuchum in Cypro & Cyziceno laudatissimum. Secundum sibi locum vendicavit Aegyptium, Amaracum gens Sicula & Cyzicena appellat. Herba est ramosa, per terram repens: foliis ejus calaminthæ, quæ tenui folio constat, hirsutis & rotundis, svaissimum odorem spirat: ideo coronis inferitur. Vis ejus exalfaciens. Succus decocti potus, convenit incipientibus, hydropicis, & iis quos urinae difficultas, aut tormina excruciant. Illita ex melle arida folio sugillata tollunt: menses subditi in pello trahunt: contra scorpionis ictum ex aceto & sale illinuntur: luxatis, tumoribusq; cerato excepta, imponuntur: adversus oculorum inflammationes, cum polline polentæ illini prodest. Acopis, malagmatisque calfaciendi gratia commiscetur.

I. AMARACUS.

II. AMARACUS SIVE MAJORANA tenuifolia.



Sampsu-
 chum
 detaria.

Utrum superius libro primo in Sampsuchini unguenti commentatione, Sampsuchum & Amaracum idem esse latius ostendimus, etsi Galenus & Paulus diversis capitibus Sampsuchi, & Amaraci meminerint, eadem hic reperere super vacanteum

Macaneum dicitur: quod ea huc facile transferre possint ii, qui rem hanc se aliter fortasse habere existimant. Sampsuchum in Italia Herrusci vulgo appellatur Persa, quod forte illi e Persia fuerit allatum: ceteris vero inibi Majorana, nomine à Latinis mutato. Herba haec tantum cum mulieribus inivit gratiam sui odori jucunditate, ut nulla ferè reperiantur, quae suis in hortis, aut scitilibus vasis Amaracum non serant, vel plantas non transferant, ac diligenti admodum cultura foviant. Quo fit, ut putaverim ego, ex eo Majorana sibi nomen adinvenisse, quod majori cura, ac diligentia servatur, colatur, quam cetera planta. Neg, id ea solum ratione, quod, ut paulo ante diximus, odore perquam jucundo commendetur, sed quod etiam perpetua vireat coma. Duum est generum, majus quod vulgo cognitum est: & minus, quod tenuifolium cognominatur. Est itaq; herba AMARACVS ramosa, surculis tenuibus, obsequiosis, foliis oblongis, incanis, pilosisq; quae 10 surculos circumquaq; ambiunt. Flores edit in summis caulibus numerosos, spicatos herbaceo colore, compacti squamarum congerie oblongos, origani emulos, e quibus parvum oritur semen. Radicem habet lignosam, multiplicem & super-
vacuam. Seritur semine, surculo ac etiam vivit radice. Planta est odorata tota, & in medicamentis admodum utilis. Di-
gerit, attenuat, aperit, & roborat. Praestat ad omnes frigidos capitis, & nervorum affectus, tam illi a, quam pota: quin-
etiam ad aurium dolores, gravedines & sonitus, ubi herba succus fuerit instillatus. Idem naribus infusus pruritum a ca-
pite trahit, & cerebrum abstergit, & roborat: colligitur ex eo utiliter os in lingua resolutione, addito pyrethri, & longi
piperis decocto, aut acori, aut origani. Valet herba aut ejus decoctum ad omnia pectoris vitia, quae anhelandi difficultatem
impediunt. Stomacho utilis est tam exterius illita, quam interius sumpta. Eadem jecinorosos & lienosos juvat. Namq;
non solum eorum infarctus expedit, sed etiam viscera ipsa roborat ac firmat. Confert ad frigidos uteri affectus omnes, &
ad flatus. Habetur aliud quoq; AMARACI GENUS TENUIFOLIUM, quod nos vulgo vocamus Persa gentile. Id enim
20 foliis floribus, cauliculisq; altero longe tenuius est, & odore praestantius. Hoc non desunt, qui putent legitimum esse marum.
Colitur à mulieribus Italis in scitilibus, & in hortis. Ea omnia praestare potest, de quibus in altero diximus genere. Sam-
puchi meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Sampsuchum tenuium partium, & digerentis
est facultatis: desiccatur enim, & excalfacit ordine tertio. Id Graecis ἀμάρυλλον, & ἀμάρυλλον, Latini quoq; Sampsuchum,
Amaracius, & Majorana vocatur: Arabibus Merzenius seu Morsangius: Italis & officinis Majorana: Herrusci Persa:
Germanis Meyren / Majoran / und Meyram: Hispanis Majorana: Gallis Marone & Mariolaine: Bohemis Majo-
rana: Polonis Majoran. Amaracius tenuifolia, Graecis ἀμάρυλλον, ἢ ἀμάρυλλον λεπτόφυλλον: Italis Majorana gentile:
Herrusci, Persa gentile.

Amaraci
hist.Amaraci
vires.Amaraci
tenui-
folia.Sampsu-
chi viret:
ex Gal.

Nomina.

Majoranam à Graeco μάγαν deduci volunt ii, qui Majoranam nostram ad Marum veterum reducant.
I. Majorana vulgaris, C.B. Majorana, Brunf. Dod. gal. & fol. (cui & Marum) Cæalp. Majorana sylv.
Loni. Majorana major, Tab. Amaracus, Matth. Fuch. Lugd. Amaracus major, Cast. Amaracus vulgati-
or, Lob. in icon. Sampsuchus sive Amaracus, Latinis Majorana, Cord. in. Diosc. hist. Sampsuchus, Lac.
30 Lob. obs. II. Majorana nobilis. C.B. Majorana fativa, Trag. Lon. Majorana tenuior, Dod. fol. Majora-
na tenuifolia, Taber. Amaracus sive Majorana tenuifolia, Matth. Cast. Lugd. Amaracus tenuior, Lob.
Amaracus tenuifolia urbana, Cam. Amaracus & Sampsuchum, Gef. hor.

Melilotus.

MELILOTUS, SIVE SERTULA CAMPANA.

CAP. XLI.

Sertula campana, laudatissima in Attica, & Cyzico, & Chalcedone nata: cujus color vicinus est croco,
boni odoris. Nasclitur & in Campania circa Nolam, a colore in luteum languescente, odore infirmo.

a Meum
habet, &
λίζον. Sed
Ca. meli-
ζον.I. MELILOTUS, SIVE SER-
tula Campana.* II. MELILOTUS ITALICA
folliculis rotundis. *

40

50

60



Vith